



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

S. Dionysij Abbatia Regalis, secundo lapide à Lutetia Parisiorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

Etæ conuersationis elegit, ibique de rebus proprijs, & prædijs monasterium in veneratiōne sanctæ Dei genetricis, & sanctorum Apostolum Petri & Pauli Apostolicā auctoritate construxit. Illicque fratribus ad deseruiendum statutis, ipse etiam Domino seruiens, virtutum signis & doctrinæ, vitæque meritis satis clarus emicuit, ibique laborem huius vitæ consummans sepultus in pace quiescit. Hanc Abbatiam primus Otho Imperator, Henrici Regis filius, tempore Fulberti Episcopi habendam tradidit sanctæ Dei matris Ecclesiæ Cameracensem.

## CAPVT XXIII.

S. Dionysij Abbatia Regalis, secundο lapide a Lutetia Parisiorum.

632.

**N**Obilissimi huius monasterij, in opido eiusdem nominis hodie siti, fundator fuit Dagobertus Rex Francorum XI. qui ab anno 632. usque ad annum 642. regnauit. Conditum est autem in honorem S. Dionysij, primi Parisiorum Episcopi, quem Dionysium Areopagitam fuisse volunt. Huius sacræ reliquiæ, ut & S. Ludouici Galliæ Regis, ibidem spectantur, pretiosissimis theris inclusæ, cum alijs plurimis. Visuntur ibidem tumuli mar-

more

morei omnium pñne Regum Galliæ, quos  
non semel magna cum admiratione ipsi spe-  
ctauimus, cum Lutetiæ negotiorum caussa  
anno 1610. versaremur.

## DAGOBERTI REGIS diploma.

**D**Agobertus Rex Francorum, vir illu-  
ster omnibus Episcopis, Abbatibus, Co-  
mitibus, Ducibus, Vicarijs, Centenarijs, Acto-  
ribus, Iudicibus, & cunctis in vniuerso re-  
gno Francorum principatum agentibus. Si ea  
quaæ ad reverentiam locorum sanctorum Dei,  
& tutamentum mancipiorum ad ea pertinen-  
tium attinere videntur regia censura decer-  
minus, iuste quidem agere videmur: ac  
proinde nos habituros æternæ remunerati-  
onis apud Deum mercedem sine dubio spe-  
ramus. Quapropter præsentium atque futu-  
rorum sagacitas nouerit, quod ad petitio-  
nem Domini Chuualdi venerabilis Abba-  
tis & fratrum monachorum monasterij san-  
cti ac beatissimè peculiaris patroni no-  
stri DOMINI Dionysij Martyris, v-  
bi ipse Dominus in corpore requiescit v-  
na cum suis præclaris socijs Rustico &  
Eleutherio Martyribus, de copulationibus